

- 9 *Res prohibita alienari vel eius fauore.*
- 10 *Res prohibita alienari tacite vel expresse, etiam eo casu quo prohibita impedit dominij translationem, possunt alienari ex causa pia, prout est dotis & similia.*
- 11 *Res prohibita alienari, possunt alienari pro redemptione captiuorum.*
- 12 *Impensa necessaria facta per maritum in res dotales, minuant dotem ipso iure.*
- 13 *Voluntas contrahentis prohibentis alienationem, & mens est id facere, et sibi magis caueatur.*
- 14 *Feudalis res, qua prohibetur alienari, potest alienari ad utilitatem domini.*
- 15 *Medicus, qui aliquem curauit potest repetere impensas ab ipso infirmo vel eius heredibus, licet a principio infirmis prohiberetur curari.*

Allegatio VII.

Casus presertim consultationis & processus est. Quidam Ioannes vendidit Petro certam partem domus suam quam communem cum alijs fratribus habebat, & pro pretio d. partis constituit d. emptor censum redimibilem super suis bonis & specialiter super d. parte domus sibi vendita cum specialiter eius hypotheca & cum pacto de non alienando, quousque census tam in redditibus, quam in proprietate esset solutus ad rationem unius pro quatuordecim, iuxta communem usum, & consuetudinem huius Regionis per extraneas Mart. V. & Cal. III. de em. & vend. approbatum. Hic emptor dominus effectus huius domus tam d. partis, quam reliquam titulo emtionis & venditionis quandam partem & minimam arca subdialis vulgo d. Del coral d. domus nimis inuicem, alteri domum vicinam habenti concessit, eo pacto & conditione ut ipse vicinus suo summo parietem communem in ead. domo & earum a eas subdiales clauderent satis vtiliter, & necessariam reficeret & reedificaret, qua erat tempore d. vicinam, cui d. Petr. emptor concessit partem minimam arca & d. parte & conditione afferens d. actor, pred. vicinum, qui vocatur Martin. sua propria auctoritate occupasse eam partem, & ideo potest sibi sine sua domus restitui cum duplo seu alio simplo domus d. Martin. qui quidem Martin. se defendit certis quibusdam rationibus in sui fauorem allegatis, tandem factus & conclusus est processus. Quo viso, pro parte d. Martin. ut ad nihilum teneatur, est sequens consiliu.

1 *Primo constat, d. Io. minime esse partem legitimam ad id, quod petit; Quadoquidem confessus est in primo libello, & est acceptatus per d. Martin. se & fratres suos vendidisse d. domum cum suis pertinentiis d. Petro, unde constat d. Petr. esse dominum d. domus; Ergo d. Ioan. non remansit dominus, quia duo in solidum non possunt esse dñi eiusdem rei, ut in l. 3. §. ex contrario, ff. de acq. poss. l. si ut certo, §. si duobus vehiculum ff. commod. & cum non sit dominus, non potest petere contentum in suo libello; & quod d. Petr. sit dominus effectus d. domus per d. venditionem, constat ex processu.*

2 *Neq; t. obstat dicere, quod pro pretio d. partis domus remansit ipsa domus specialiter hypothecata, cu clausula de non alienando & c. quia d. clausula operatur tantu effectum suum respectu eius iuris, propter quod subest & fuit apposta, & non plus, quia limitata causa, limitatum parit effectum, l. age cum Geminiano, C. de trans. l. in agris ff. de acqu. rer. dom. cum igitur ad securitatem hypothecae sit apposta, respectu eius tantum iuris operari debet, ut praestanda hypotheca super illa domo, non vero aliquid aliud, prout est petere, ut demoliatur paries, quadoquidem effectus domini est hoc*

petere, quo se spoliavit & nudauit venditione, iuncta traditione subsequuta.

Item dicta clausula, de non alienando, tantum operatur, ut facta alienatione id jus habeat creditor in ea, quod haberet, si esset in bonis debitoris, ac per consequens si non fuisset alienata; ut bene declarans tenet Rod. Suar. in l. post rem iudicatam, in l. limit. l. Reg. nu. 12. & l. ff. de re iud. sed si debitor ipse, hoc est, emptor, iam effectus dominus domus, pariete vel aliquid aliud in re hypothecata edificasset, creditor nihil pretere petere ob d. aedificium, quia dominus edificauit. Ergo non potest aliquid iuris nunc pretendere aduersus d. Mart.

Item dato, quod d. Ioann. fuisset pars in hac causa, non habet probatam suam intentionem, & licet haberet nihil facit ad rem, quandoquidem id factum fuit virtute pacti iuncti cu vero & legitimo domino d. domus, qui non obstat d. clausula de non alienando, potuit id pacisci, ut reficeretur & reedificaretur d. paries ut nunc est, quia ita fieri fuit necessarium, & nimis vtile d. domibus, & earum custodie, prout in processu existit probatum per testes contestes, sicut etiam est probatum praualere, hoc est, magis valere dimidium eius, quod expensum fuit in reedificando d. parietem communi, quod incubebat domino d. domus, quia erat paries comunis, quam valor illius partis solarij, quod fuit concessum d. Martin. per Petr. dicto pacto: Cum igitur haec omnia concurrant, potuit iure optimo d. Petr. emptor & dominus id pacisci, quamvis ex eo alienasse dictam partem visus sit.

Primo, quia tres prohibita alienari, bene potest alienari in refectionem vtilem & necessariam ipsius rei, ut probat tex. in l. lex, qua tutores, in vers. sed & si parens, C. de adm. iur. sed in praesenti casu paries erat diruptus, & propterea reficiendus, quod erat perquam vtile & necessarium est alienatum, ut probant testes omnes.

Item, quia res in mobilis minoris, quae prohibetur alienari, bene possunt alienari ex causa necessaria vel vtili ipsi minori, ut in l. 1. C. de pred. & alijs rebus min. & in l. 60. tit. 18. p. 3. vbi inquit lex. Por que las cosas de los huertanos que son raras no se pueden ligeramente enagenar. fueras ende por donada, o por gran pro pe los huertanos, & c. Item etiam probat l. 8. vers. Otro si de mos. ibi, En por del moco, tit. 13. p. 5. & l. 18. tit. 16. p. 6. Ergo ita in proposito dicendum est: & idem generaliter in quacunque prohibita alienari, possit ex causa necessaria vtili, late probat plures referens Tiraq. de retract. linagier, §. 1. gl. 14. nu. 11. fol. 96. & Arias Pinel. in l. 1. in tertia part. nu. 24. C. de bon. mater.

Item etiam t. similiter comprobatur, quia res Ecclesie, quae sunt prohibita alienari, possunt alienari ex causa debiti vrgentis, ut creditori soluantur, imo etiam creditor potest dari res in solutu, si modo creditor ille sunt in vtilitate Ecclesie processisse: ut probat tex. in auth. hoc ius porrectum, in si. C. de sacros. Eccles. & in c. hoc ius, 12. p. 2. & in l. 1. tit. 14. p. 1. vbi etiam dicitur, quod pro edificanda Ecclesia & pro eius vtilitate possunt alienari: Ergo a fortiori in nostro casu idem erit dicendum, siquidem & domini consensus & necessitas interuenit, praecipue, cum alienationis prohibitio rerum Ecclesie plena sit fauore, & adhuc in supradictis casibus possunt res ipsius alienari.

Item t. superiora aperte probantur, quia generaliter statutum est in quocunque prohibito alienare, ut possit ex causa necessitate alienare, tex. est & ibi notat Bar. in l. peto, §. pradium, ff. de leg. 2. & ibi etiam Paul. de Castr. tex. in l. 1. ff. de sum. dot. & in l. parer filium, in princ. ff. de leg. 3. & ibi Bar. l. alienationes ff. fam. er. sc. & tenet alios allegans Aul. in c. 2. prator. in gl. De mercaduria, nu. 9.

Et vbiq; omnes concludunt & ita resoluunt, quod si necessitas quae imminet est ex parte prohibentis alienari,

nari, vel eius fauore, alienatio perpetuo valet: de quo est tex. in l. filiusfam. §. diu. ff. de leg. prim. & ibi tenet Paul. n. 11. & ceteri post eum: Ergo ita in proposito, cu d. alienatio fuerit necessaria propter d. parietem reedificandum, ut probant omnes testes ex parte rei producti, & sit fauore ipsius rei prohibita alienari, & pro ipsius conseruatione & custodia, & per consequens in fauorem ipsius prohibentis alienare, ut melius super debito suo sibi prouideatur; Ergo valida est alienatio & concessio supradicta.

9 *Facit praeterea & optime, quia resectio domus, vel alterius edificij adeo est fauorabilis, ut consumtu in ea laedat & prauidet ei, qui ex alia ca prius ius habet ad illa rem resectam & reedificatam, ut in l. interdam, ff. qui pot. in pig. hab. l. 22. ad fi. & in l. 28. tit. 13. p. 5. Reddit rationem in d. l. 28. Porque cum con los dineros que el dio, id est, gasso, fue guardada la cosa que pudiera per der: Prout in praesenti casu poterat contingere, quia si dictus paries non reedificatus fuisset, d. domibus maximum damnu & prauidicium veniret, ut testes dicunt & deponunt, quod fuit obuiatum ex reedificatione.*

10 *Item t. & optime comprobatur iustitia rei, quia res prohibita alienari, etiam eo casu, quo phibito impedit dominij translatione, prout contingit in vltimis voluntatibus, facta prohibitione, & in contractibus, etiam quando in eis est hypotheca specialis rei cu clausula, de non alienando, possunt res alienari ex aliqua pia causa, prout est dotis donationis propter nuptias, & simil. ut in auth. res que, C. comm. d. leg. & ibi Dd. & late Ant. Gora. in l. 40. Taur. n. 87. & segg. & id procedit etiam in expressa prohibitione, ut tenet Bart. in d. §. diu. in 2. q. nu. 10. & dicit magis communem Ant. Gom. vbi §. n. 87. col. pen. alius n. vbi plures Dd. alleg. & ultra eam hanc dicit communem Iaf. in d. auth. res que, n. 24. & Conar. lib. 3. variat. resol. c. 6. nu. 10. vers. Secundo, hoc in tractatu, & Roland. a Val. allegans alios, qui id affirmant in cons. 85. n. 7. l. 1. Roder. Suar. in l. quomam in prioribus, in z. l. i. ad l. Reg. C. de ineffic. testam. & late Ant. de Padil. in d. auth. res que, nu. 52. & 53. & latissime Greg. Lop. in l. 6. tit. 11. part. 6. gloss. magn. col. 3. ad medium.*

11 *Sed resectio domus est causa pia, ut probat tex. in l. si quis pro redemptione captiuorum, ver. eandem libertatem, C. de don. dum aequiparat redemptionem captiuorum, quam piissimam appellat, & refectionem domus, per quem tex. ita tenet Cepol. qui bene loquitur, de seru. vrb. an. pred. c. 49. n. 27. Ergo pro resectione dict. parietis communis inter d. domus bene potuit d. Patr. concedere & alienare dictam particulam minimam arca dict. domus, etiam si fuisset prohibita alienatio ipsius. Comprobatur etiam iustitia rei, quia, ut suprad. est, resectio domus & redemptio captiuorum aequiparantur ut supradictum est, ut in d. l. si quis pro redemptione.*

12 *Sed pro redemptione captiuorum res Ecclesie, quae sunt prohibita alienari, possunt alienari, ut in l. sancimus, ad fi. C. de donat. & in l. primo, tit. 14. p. 1. Ergo ita & eodem modo res prohibita alienari, poterit alienari pro resectione ipsius rei & conseruatione ipsius, quod est satis fauorabile.*

13 *Item res dotales t. sunt prohibita alienari, ut de iure communi constat per infinita iura, & de iure Regio est l. 7. tit. 11. part. 4. & tamen impensa necessariae facte per maritu in ipsas res dotales minuunt quidem dotem ipso iure, l. quod dicitur, la prima, ff. de impens. in reb. dotalibus factis, l. vltim. tit. 11. per tit. 4. vbi necessaria impensa dicitur resectio: Ergo eodem modo in proposito dicendum est.*

14 *Item probatur ratione quidem vrgenti, quia voluntas testatoris vel contrahentis prohibetis alienatione, & mens est, ut res prohibita alienari conseruetur, ut contrahenti magis caueatur; Sed per resectionem res,*

quae erat destructa, conseruatur & in melius reformatur, ut notum est, & testes ex parte rei deponunt; Ergo valet dicta alienatio & concessio, imo procedit ex tacita voluntate prohibentis.

Item res feudalis, quae prohibetur alienari, potest alienari ad vtilitatem domini, ut tenet plures allegas & diuersimode explicans Petrus Duenn. in reg. 40. limit. 8. Ergo a fortiori, hoc casu licitatur erit alienatio, cum nullam dominium habeat dict. Ioan. venditor, sed ius tantum hypothecae cum praed. pacto, & hoc quousque sibi soluat pretium venditionis cum suis redditibus census: nam sibi soluto domus remanet libera a praedictis pacto & hypotheca, & sic prohibitio non est omnimoda nec perpetua, sed ad tempus, item pro securitate tantum & solutione debiti; Vnde cum sibi suum ius remaneat saluum & securum, & melius quam antea, consequens est, ut praedictus reus debeat absolui & liberum iudicare a petitis.

Vltimo in re hac bonum argumentum nobis praestat gl. illa singularis in sum 83. dist. in verb. inferas, quae dicit, quod si medicus, prohibere infirmo, cui curaverit potest postea ab eo vel eius heredibus, repetere impensas non obstante prohibitione, quia vtiliter eius negotiu gessit, cuius gl. opinionem sequitur alios allegans Tiraq. de vtroq. retract. tit. de retract. conuent. §. 7. n. 10. fol. 333. & Ioann. Oresc. in l. licititas, §. sicui, n. 8. ff. de offic. praesid. vbi allegat Roman. sing. 123. & Syluest. in sum. verb. Medicus, nu. 5. Sic igitur in casu praesenti licet sit prohibita alienatio, quia vtiliter negotium est gestum, imo necessario, atq; perinde non indiget rari habitatione, poterunt recuperari impensa, eo casu, quo non teneret alienatio, quia praed. gl. loquitur & procedit, etiam si infirmus ex illa infirmitate decesserit, & sic sufficit, quod sit vtiliter gestu. Et ita concludo in fauorem dicti Martini, saluo meliori iudicio.

S V M M A R I A.

- 1 *Casus octauae allegationis. Duo beneficia curata, vnum in actu, & alterum in habitu, tantum possunt simul ab eodem sacerdote obtineri, & nam segg.*
- 2 *Ratio quare sit prohibitum obtinere simul duo, vel plura beneficia curata.*
- 3 *Parochialis Ecclesia in iure qua dicatur.*
- 4 *Parochialis Ecclesia dicitur beneficium seculari, & cum administratione.*
- 5 *Afferenti esse beneficium curatu, incumbit onus probandi.*
- 6 *Parochialis Ecclesia unde dicatur, & quid significet.*
- 7 *Parochialis ius in quibus consistat.*
- 8 *De Ecclesia habente barrios & territorium limitatum parochianorum.*
- 9 *Attentio beneficii, quod sit curatum, debet fieri Summo Pontifici ad eius impetrationem, licet in habitu tantum sit curatum.*
- 10 *Praesens status beneficii, & non praeteritus inspiciendus est quoad incompatibilitatem & residentiam.*

Allegatio VIII.

Casus praesentis consultationis est huiusmodi. Quidam clericus habet in hoc Episcopo. Placen. duo beneficia curata, vnum in actu & habitu, in quo ipse residet & seruit, alterum in habitu tantu, quia licet olim antiquitus habuit parochos nunc nec pluribus annis anterioribus eos non habet, nec habuit, quia omnes mortui sunt, est dubium; An de iure possit clericus hic habere in simul hac duo beneficia curata absque dispensatione Summi Pontificis.

In hoc t. dubio, attenda supra d. relatione, vera opinio est, quod huiusmodi sacerdos possit habere haec duo beneficia simul absque praed. dispensatione.

Primo, t. quia tex. in c. quia nonnulli de cleric. non resident. in c. de multa, de praebend. & extraneas exsecrabiles, eod. tit. & cetera iura, quae prohibent pluralitatem beneficiorum Ecclesiarum parochialium, fundantur;

R R R z

Et eorū ratio est p̄cipua, quia habēs plura beneficia huiusmodi non p̄t residere in ambobus vel omnibus, quā habet, nec in eis ministrare sacramenta Ecclesiastica, neq; curam habere omnium animarum & reliquorum, quā necessaria sunt pro seruitio vtiusq; Ecclesie, vt probatur ex rex. in c. 1. 2. 9. 1. vbi inquit ex verbo dominico loquēs in materia, quod nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnum, & c. quae ratio cessat in hoc casu, quia vna ex d. Ecclesiis, quas habet d. clericus, est clausa sc̄p̄t ex eo, quod nullus sit parochianus, qui ad eam eat, neq; aliquis alius ciuis, quia est in loco remoto & deserto, & cessante in hoc casu ratione hac, quae est p̄cipua & finalis, cessare debet iuris dispositio prohibentis pluralitatem beneficiorum, vt sunt plura iura vulgaria late tradita per Tiraq. in toto tract. de caus. cessa.

Secundo, quia omnia iura suprad. prohibētia pluralitatis beneficiorū, dicunt, quod nemo possit habere duas Ecclesias parochiales, & Ecclesia parochialis in iure Canonico intelligitur ecclesia illa, quae in actu & exercitio habet parochianos, & non sufficit, quod eos possit habere, vt quia sint mortui, vel recesserint de locogita tenet gl. in c. licet canon. verb. parochialis Ecclesia ad p̄. de elect. in 6. quae est vera, & eam sequuntur & commendant. Dd. j. allegadi. Vnde constare debet ante omnia de hac qualitate, sc. quod ambo beneficia habeant parochianos in actu, ad hoc, vt iura suprad. prohibitiua habeat locū: vt sunt iura vulgaria in l. eius, qui in provincia, §. quoniam, ff. de cert. pet. & in l. non ignorat, C. de his qui accusar. non poss. cum aliis, in l. in illa, & ibi Dd. ff. de verb. oblig. Ergo cum in casu suprad. non adit hac qualitas, imo deficiat, non debet comprehendī sub praedicta iuris dispositione prohibentis pluralitatem Ecclesiarum parochialium in actu.

Cōfirmatur etia hoc fundamēto, quia Ecclesia parochialis dicitur beneficiū seculare & cū administratiōe, vt in c. exstirpanda, & c. de multa, de prab. c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. quia curatus tenetur ministrare sacramenta Ecclesiastica, videlicet, baptizare & audire poenitētes & cōfiteātes peccata, & eos absoluerē, iniūcta eis poenitētia & alia opera ei tangētia facere, vt in c. 1. & per totum, de paroch. & tradit Reb. in praxi beneficii, in Rubrica, seculare beneficiū quoduplex, n. 10. fol. 3.

Vbi n. 11. j. dicit, quod asserenti beneficiū esse curatum, incumbit onus probandi. Sed in hac Ecclesia non sunt Parochiani, cum quibus hoc fiat: igitur.

Tertio, haec opinio probatur, quia, vt dictum est, supra d. iura loquūt in duabus Ecclesiis parochialibus, & parochialis dicitur à parochia sibi deputata, c. Ecclesias, 13. 9. 1. & parochia est nomen Graec. & latin. idem est, quod paritio curae, quia rector Ecclesiae curam habet animarum parochiae, vnde dicitur regere populum c. 1. de capel. monach. & parochia est locus, in quo degit populus alicui Ecclesiae deputatus, & sic illa Ecclesia dicitur parochialis, quae habet parochiam ad curam eius deputatam. Ergo si non sint parochiani, debet cessare dispositio dictorum iurium: quia constitutio p̄nalis non est extendenda extra casum, in quo loquitur, vt sunt iura vulgaria, & in c. poenis, & in c. odia, de reg. iur. in 6.

Item, & vltimo pro hac opinione facit, quia ius parochiale, quod in pluribus consistit, prout est, quod diebus festiuis parochiani audiant in parochia diuina officia & declarationem Euangelij, consistit etiam in oblationibus, & in decimis & in primitiis soluendis, & in audiendis confessionibus, & imponere poenitentias, & in administratione aliorum sacramentorum, & in ceteris omnibus, vt per Otaū. decis. 99. Pe. dem. nu. 2. non potest exerceri in d. Ecclesia, quia non sunt parochiani, cum quibus id fiat.

Quibus rationibus & fundamētis & aliis, quae omittuntur, hanc opinionem in terminis tenet Hostiens. in d. c. quia nonnulli, de clericis non resid. & post eum late Ioan. de Imol. ibi. & Paul. de Leazar in clem. 1. de offic. vicar. & bene Federi. de Senis cons. 80. & 135. & hanc opinionem tenuisse clare colligitur Dominicū de Sanct. Gemin. in d. l. cap. licet canon, in sua distinctione, quam ibi in hoc posuit n. 6. vbi in primo & vltimo membro in hoc concludit. Eandem sententiam sequitur Abbas in d. l. c. de multa, n. 2. 4. in si qui est numerus si. de prabend. & praxis Cancellariae Apostolic. col. 17. & Catellianus Corta in memorial. turis, in memorial. incip. Omnes, el primero, & Petrus Rebuff. in praxi beneficii in tit. de non promot. intra annum, n. 34. fol. 449. & iterum idem Rebuff. in rub. de dispensat. etatis, vers. etiam si curam habeat animarum, pag. 392. in princ. & Staphileus optime de literis gratia, in Rubric. de qual. benef. quae sunt curata, in princ. n. 22. vol. 14. diuers. doct. fol. 20. & Ludouic. Gomez in regul. de Idioma. re. qu. 11. fol. 126. in princ. & Gundisaltus de Villadiego in tract. de legat. qu. 14. n. 86. vol. 1. 4. doct. lorum late Ielua in tract. de benef. 3. part. qu. 1. per totam, Petrus Duennas in regul. 71. incip. Beneficia plura, limitatio. 4. * Latissime Oied. de incompatib. benef. part. 2. c. 6. n. 2. cum sequentibus, sequitur Flamin. Par. de resignatione benef. li. 1. qu. 1. n. 94. * Et ex Theologis hanc opinionem tenet Archiepiscopus Florentinus in 3. part. tit. 15. c. 1. §. 11. & Syluest. verb. Beneficium, 4. 9. 4. vers. 2. & Armilla aurea eodem verb. Beneficium, qu. 1. 4. 4. qui tres Theologi non bene aduerterunt ad Abbatem, existimantes, illum tenere contrarium, cum tamen Abb. vbi supra, teneat expresse hanc opinionem, & ex relatione Doctorum supradictorum haec potest appellari communis opinio, quia non est qui vere contradicat.

Nam licet Innocentius in d. l. c. de multa, ante n. 1. de prabend. & Speculator in tit. de dispensation. §. videndum, vers. sed queritur, & Cardinal. Zabarella in clement. 1. de offic. vicar. 9. 21. n. 20. & idem in elem. plerisq; de election. & in d. l. c. de multa, & Bald. in l. si is qui res, §. si per text. ibi, & in l. sed & militis §. si. de excus. tut. & Alex. cons. 74. & 75. vol. 9. & Archid. in d. c. licet canon, videatur dicere contrarium, praeterquam quod ~~quod dicitur in addit. ad Alex. d. cons. 74.~~ inquit, quod omnes Dd. tenent contra Alex. & sic innuit, opinionem s. fundatam esse communem, praed. proxime relati D. non loquuntur proprie in nostro casu & terminis, sed in vno ex duob. diuersis, in quibus potest saluari haec secūda opinio. Primo, quando Ecclesia suprad. haberet barrios & territorij limitati, vt pura talem vicineret, quia in hoc casu, quāuis hodie desint parochiani, cras vel alio die poterunt adesse & habitare in d. vicinitate, cū quibus sit necessariū exercere ius parochiale; at vero haec forma & modus parochianorum, prout est notoriū, non est nec vtitur in hac dicecesi & Episcopatu Placent. quia in eo non sunt cōstituti parochiani per vicinities, in nostro vero casu nec adest vicinitas in praed. Ecclesia, neq; parochiani sūt, quia sunt mortui, & nullus remansit, & ita hoc modo intelligūt suprad. secundam opinionem Dd. vbi supra, & Cardin. cons. 48.

Secūdu casus, in quo intelligitur & saluatur opinio Innoc. suprad. est, quātū ad impetrationē d. beneficii, quia fieri debet mērio Summ. Pontif. quod d. beneficiū & Ecclesia est parochiale, quāuis id tantū sit in habitu, ad hoc, vt licet A postol. alias cōcessē & impetratā nō dicatur subreptitiā; At postquā fuerit impetratum facta vera relatione, bene p̄t haberi & retineri cū alio beneficio curato: Ita in terminis intelligit Staphileus vbi 3. & Rebuff. etiam vbi 3. in Rubr. de dispensatione etatis, & c. Et si quidem tot & tam graues Doctor. tenet & intelligunt hoc modo materiā hanc, iustum est, vt ita seruetur, maxime quod dictum beneficiū

beneficiū est tenue, ambo beneficia non excedūt cōmodā sustentationem beneficiati. Hāc etiā opinio est in praxi in fauorē d. beneficiati tenere & approbatū ceteri aduocati huius ciuitatis, & se illi subscribere, & secundum eam facti seruatum cum hoc beneficiato per Illustriss. & Reuerendiss. Episcop. Placent. qui hanc iuris informationem vidit & sibi placuit.

Adde etiam suprad. Felin. in proem. Greg. nu. 39. juncto quod idem dicit in c. eam te, n. 22. de rescript. vbi dicit, debere inspicere statum praesentem beneficii & non praeteritum, quantum ad incompatibilitatem & residentiam: Et post huius operis secundam editionem nos hic referens, idem probauit Emanuel Roderic. in sua summa 1. tom. c. 31. cond. 6.

S V M M A R I A.

- 1 Sacerdos qui tantum habet ordinem, non vero iurisdictionem, minime potest virtute Bull. Cruc. de consensu etiam partis, absolvere excommunicatum ad reincidentiam: siue in bulla ad sit clausula, Si la parte consentiente siue alia: Satisfacta la parte, & m. segg.
- 2 Qualitas adiuncta verbo, debet regulari & intelligi secundum tempus & substantiam verbi.
- 3 Excommunicatio lata ad instantiam partis, licet possit tolli, antequam incurrat de ipsius partis consensu, non, ut tamen suspēdi, nec prorogari, nec fieri quod ad sit reincidentia.
- 4 Excommunicatus sub conditione si non soluerit Titio intra certum tempus, non solvens, an statim sit excommunicatus, & quomodo hoc intelligatur.
- 5 Absolutio excommunicationis facta ab ordinario, vel ab excommunicatore sine partis satisfactione, vel alia iuris forma praetermissa, valet, licet sit iniusta.
- 6 Absolutio facta a delegato Papa virtute Bulla vel alias, parte non satisfacta vel aliter iuris forma non seruata, est nulla.
- 7 Absolutio ad reincidentiam, cuius effectus sit, & quid operetur.
- 8 Absolutus ad reincidentiam per sacerdotē, qui tantū habet ordinem, non vero iurisdictionem, de consensu partis, ad cuius instantiam erat excommunicatus, remanet in totum absolutus, & non reincident in excommunicationem absq; nouo mandato iudicis.
- 9 Sacerdos, qui tantum habet ordinem, non vero iurisdictionem, non potest absolvere ad reincidentiam de consensu partis, excommunicatum, virtute Bulla Cruciatā, quae habet clausulam, Satisfacta la parte.
- 10 Differentia, quae potest considerari inter has clausulas, Satisfacta la parte consentiente.
- 11 Absolutio excommunicationis facta a sacerdote ad reincidentiam virtute dicta Bulla & consensu partis, permittētis tantū absolutionē fieri ad reincidentiam, & non alias, nec alio modo, est nulla absq; mandato iudicis, etia si sacerdos simpliciter absolutus, non adiecto ad reincidentiam.

Allegatio IX.

Vbi mihi propositum tale est. Verum excommunicatus ad iudice ad partis petitionē possit a quocunque sacerdote virtute Bulla Cruciatā de consensu ipsius partis ad reincidentiam absolui sine licentia illius iudicis, a quo emanauit excommunicatio. Praesupposito, quod in quibusdam Bullis adest clausula huiusmodi: Et Papa Leon. cōcedē, quae auctē sit a instantia de parte, si la parte consentiente: Et in aliis bullis adest alia clausula, in locum huius, quia dicitur Satisfacta la parte.

Primo, quia Sum. Pontif. in his bullis tantum con-

cedit facultatem sacerdoti soluendi excommunicatū parte cōsentiente, itaq; haec qualitas siue conditio: Si la parte cōsentiente, adiungitur verb. absolvere, sed verbi absolvere, denotat & significat liberationem in totū, non vero reincidentiam, sed simpliciter, prout sibi cōmissum est.

Quia & qualitas adiuncta verbo, debet regulari & intelligi secundum tempus & substantiam verbi, vt in l. in delictis, §. si extraneus ff. de noxal. cum similib.

Præterea summ. Pontif. consensum partis tantum requirit ad merā & simplicē absolutionē excommunicationis; Ergo non debet adsumi is consensus ad reincidentiā, quia alias daretur incōueniens, q. virtute bullae operaretur contrariū eius, quod ea cōtinetur, & inducta ad vnum effectum, non debet aliud operari p̄ter dispositis voluntatem, vt l. in legata inutiliter, ff. de leg. 1. & in legata inutiliter ff. de leg. 1. cū aliter intelligitur. Secundo, quia licet excommunicatio lata ad instantiam partis possit tolli, anteq. incurrat de ipsius partis consensu, non tñ potest suspendi, nec prolongari, nec fieri quod ad sit reincidentia, quia absolueret ad reincidentiam atineat ad iurisdictionem, & iurisdictioni pacto priuatorū dari non potest, vt in l. priuatorum, C. de iuris. omnium iud. & ita in terminis tenet Nauar. in man. c. 27. n. 14. & Ant. a Cord. vbi infra allegatur. Ergo pars ipsa cum sit priuata, non potest consentire vt sacerdos, quia alias non habet iurisdictionem ad excommunicandum, possit absolvere ad reincidentiam absq; licentia iudicis, qui primo excommunicationis sententiam protulit.

Quae opinio confirmatur etiā per ea, quae ibi Nauar. tradit, dicens, quod licet excommunicatus sub conditione, si non soluerit Titio intra certum tempus, non soluat in illo tempore, nec in alio, etiam termino sibi per patrem prorogato, statim sit excommunicatus transacto i. & c. termino, secundum communem opinionem, hoc tamen intelligitur, quando pars prorogauit terminum de consensu iudicis, quia aliter non incurritur excommunicatio iam prius per iudicem prolata, & sic intelligitur quod dicit Bald. in l. tale pact. §. qui prouoc. ff. de pact. tenet. exp. Sylu. vers. excomm. 2. col. in fi. & segg. vbi ampliat. etiā appposito pacto reincidentie, si non soluerit: Ergo si pars ad cuius instantiam lata fuit excommunicatio condicionalis, post certum tempus antequam incurrat, non potest prorogare terminum ad incidētiam, nempe ad hoc, vt transacto termino prorogato, excommunicatus incidat in excommunicationem iam latam absq; nouo consensu iudicis qui eam protulit: Ita & eodem modo: imo (ni fallor) fortiori, nō poterit consentire pars, vt postq. est in causa excommunicatio, absoluat excommunicatus ad certum tempus ad reincidentiam, sine cōsensu iudicis. * Facit optima distinctio Ant. Mas. de for. cam. obligat. in tit. sum. 9. post process. incident. c. incip. ex d. n. 15. pag. 157. vbi excommunicatus absolutus, quia promittit creditori satisfacere intra certum tempus, si id non faciat, reincident ipso iure in excommunicationem si erat excommunicatus à canon. c. eo, de sententia excomm. li. 6. sed si erat excommunicatus ab homine, debet per eundem iudicem in eandem sententiam reincidenti: Ioann. Monach. in d. c. eos, & gloss. in clem. 1. verb. donec de decim.

Tertio, haec opinio fundatur, quia licet absolutio excommunicationis facta ab ordinario, vel ab excommunicatore, sine partis satisfactione, vel alia iuris forma praetermissa, valet & teneat, licet sit iniusta, iuxta glof. fin. in cap. cum desideres, de sententia excomm. munic. facit tex. in cap. venerabilibus, §. sane, eodem tit. in 6. & est cōmuni opinio secundum Couar. in repet. cap. alma mater, 1. p. §. 11. num. 7. eodem tit. in 6.

Si tamen haec absolutio fiat a delegato Papae virtute R R R 3